Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

Iusticia rectorum liberabit eos: et in insidiis suis capientur
iniqui. Iustus de angustia liberatus est: et tradetur impius
pro eo. Simulator ore decipit amicum suum: iusti autem libera-
buntur sciencia. In bonis iustorum exultabit civitas: et in
perdicione impiorum erit laudacio. In benedictione iustorum
exaltabitur civitas. L. Sapiencie.
Reddet deus mercedem laborum sanctorum suorum: et deducet illos
in via mirabili. Et fuit illis in velamento diei: et in lu-
ce stellarum nocte. Transtulit illos mare rubrum: et transvexit
eos per aquam nimiam. Inimicos autem illorum dimisit in ma-
re: et ab altitudine inferorum eduxit illos. Ideo iusti tu-
lerunt spolia impiorum: et decantaverunt domine nomen sanctum
tuum. Et victricem manum tuam laudaverunt pariter domine deus.
In illo tempore: Videns ihesus turbas. S. matheum. Inpst.
ascendit in montem. Et cum sedisset: accesserunt ad eum
discipuli eius. Et aperiens os suum docebat eos dicens. Be-
ati pauperes spiritu. quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati mites:
quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent: quoniam ip-
si consolabuntur. Beati qui esuriunt et siciunt iusticiam:
quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes: quoniam ipsi mi-
sericordiam consequentur. Beati mundo corde: quoniam ipsi deum vi-
debunt. Beati pacifici: quoniam filii dei vocabuntur. Beati
qui persecucionem paciuntur propter iusticiam: quoniam ipsorum est reg-
num celorum. Beati estis cum maledixerint vobis: et persecuti
vos fuerint: et dixerint omne malum adversum vos mentien-
tes propter me. Gaudete et exultate: quoniam merces vestra copiosa est in
In illo tempore: Descendens ihesus de monte. S. lucam. In celis;
stetit in loco campestri. et turba discipulorum eius. et mul

274